HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 66r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

in gressa quasi fur: et latrunculus. De quibus et saluator dicit in euangelio.
Omnes qui uenerunt ante me fures fuerunt et latrones. fures in fidiantur
et occulta fraude decipiunt. latrones audacter alienia diripiunt.
Qui enim furantur nocte furantur: et inmenebris. Vnde significant
ante qd fur clam ingressus sit et latrunculus spoliae foris. Non enim
possunt ex poliare uestes xpi quos docuerint nisi eos de ecclia foras
eduxerint et in peruersa doctrinarum suarum uia fecerint ambulare. fu
res et latrones qui uenerunt ante dnm. non moysen et prophetas. q
semp saluatoris ore laudantur sed pseudo pphetas debemus accipere
et postra heretcos. qui non missi sunt adno sed sua uoluntate uene
runt. Ne forte dicant in cordib suis. omis malitie eorum me recordatu
nunc circumdederunt eos ad inuentiones sue coram facie mea facte sunt.
Lxx. Vt concinant quasi canentes in cordib suis. omis malitias eorum
recordatus sum. nunc circumdederunt eos cogitationes sue contra facie
mea facti sunt. Ne forsitan in quit dicant in cordib suis uetera nobis
dsi peccata restituit. et patrum delicta psoluimus. illi comederunt
uua acerba et dentes nri obstupuerunt. id circo que nunc et in pre
sentiarum me uidente fecerunt et cotidie faciunt. sequenti sermo
ne narrabo et ostendam eis ad inuentiones suas siue cogitationes
quib mala studiosissime consectati sunt. et que me presente gesserunt
non timentes faciem meam. Quod autem in lxx. legimus ut concinant
quasi canentes in cordib suis. ad illud referendum est. qd idcoo fur in
gressus siue latrunculus spoliauerit foris. ne in pristinis diuitiis
et uestib permanentes. repellant furis latronisq; consensum. sed cum
spoliati fuerint concinant cum eis. et uno corde efficiant. id circo re
capiant qd fecerunt. et omis cogitationes eorum ut opera. meum non
merebunt aspectum. Heretici quoq; nn possunt uetera contra deum
peccata causari. cum cotidie antiquis operib nouam addant iniqui
tatem. ut cum pdtis pereant suisq; ligentur erroribus et cum dnm cela
re sepiunt. oculos eum uitare nn ualeant. In malicia sua letificauer
unt regem. et in mendaciis suis principes. Lxx Malitiis suis leti
ficauerunt regem et in mendaciis suis principes. Exponit que coram
facie sua t eius fecerunt. In malicis suis letificauerunt regem hie
robam. et in mendaciis suis principes qui sub hieroboam pplo
pfuerant. Heretici quoq; in malicia operum suorum letificauerunt
regem diabolum. et in mendaciis dogmatum puerorum principes haud
dubium qui mundi hui quorum falsam sapientiam destruit deus.